



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
DE ATTEN-  
TATIS.

AD QVAS SANCTISSIMAE ET INDIVI-  
DVAE TRINITATIS AFFLVENTE GRATIA, PRAE-  
fidibus Clarissimis Consultissimisque viris D. Ioanne  
Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS.  
LL. Licent. Dictatore & Fisco, in florentissimo Iu-  
ridicæ facultatis apud Vbios Collegio pro  
virili respondebit.

GERARDVS LISTINGIVS.

Anno MD. CXXIII.  
VIII. Idus Iulij.



COLONIAE AGRIPPINAE Ddd  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

DE ALTISSIMO

AD QUAE SANCITATEM ET DIVINAM  
VIRGINITATEM ET PULCHRITUDINEM  
ET CLARITATEM ET SUBLIMITATEM  
ET VIRTUTUM ET DONORUM  
ET MISTIS ET SUBLIMITATEM  
ET VIRTUTUM ET DONORUM  
ET MISTIS ET SUBLIMITATEM

GERARDUS LISTINGIUS  
VIRI DOCTI ET REVERENDI  
P. M. M. S. S.

Coloniae Agrippinae 1545  
ET VIDEAT ET VIDEAT



## CONTINUATIO.

**Q**uoniam de appellationibus supra, utpote tutissimo pro iniuste oppressis remedio, (a) & iudicum imperite ac male iudicantium coërcitione (b) visum est, sequitur legitimo ordine de earum effectu (c) qui uberrimus est, (d) & pro magna sui parte in nihil innovando intermedio tempore consistit (e) pari diligentia dispicere. (f)

(a) argum. l. i. & ibi Bald. de appell. (b) VVes. in parat. d. tit. num. i. (c) propter naturam correlatiuorum. argum. l. fin. C. de indict. vid. toll. (d) VVesemb. in parat. h. tit. in prin. Couarr. lib. pract. quæst. cap. 24. in prin. (e) tot. tit. ff. & extr. vt lite pend. (f) argum. l. legauit ff. de liber. legat. quia utilissimus & quotidianus, glo. in c. non solum extr. de appell.

## THESIS I.

**I**nouare, quod verbo attentandi consonat, fusissimè captum, est ad actum quendam, quo rei, circa quam committitur, status interuertitur, procedere.

Boër. in tract. de seditios. quæst. 7. nu. 36. Hercul. in suo de attent. tract. c. i. in prin. Bal. c. 24. vol. 4. Manf. lib. i. part. 7. nu. 1. & 2. de attent. Nam si noui nihil fiat quòd ante literam ceptam non erat factum, attentatis non connumerabitur. argum. l. i. §. ergo ff. h. tit. Quoniam non facit iniuriam qui continuat ius suum, c. cum nobis c. cum ecclesia de elect. facit c. cum teneamur de appell.

### II.

Attentata autem sicuti hic accipienda, duplici sunt in differentia, vna quidem uti facti sunt, (a) altera uti iuris, (b) priori describuntur casu, esse factum quodam iudicis (c) partiumvè, (d) sine rationabili causa (e) lite appellationevè pendente (f) præiudiciū parti aduersæ afferens. (g)

(a) Hercul. d. c. 3. num. 4. allegans. Menoch. pro hac sent. in tract. de recup. poss. col. fin. (b) habito respectu ad iuris effectus inde promanantes, sicuti possessio dicitur ius, vsusfructus, successio, (c) Sal. l. 3. C. de appell. (d) Bald. dict. in l. 3. & ibi Sal. (e) e quamuis in prin. à contrario sensu & ibi Geminian. nu. 1. ext. de officio ordin. in 6. notat Manf. part. 9. lib. i. nu. 1. per totum (f) c. non solum & ibi Gemin. de appell. in 6. tot. tit. vt lite pend. ext. & ff. nihil innovari. (g) adeò vt præiudicium perpetuum de iure civili requiratur. Vital. in tract. claus. clausula nihil nouar. appell. pend. n. 13. Bal. in d. l. appellatione 3. c. de appell. Manf. part. 3. lib. i. num. 19. Secus tamen de iure cano. c. in appell. ext. de appell. facit quod tradit Manf. part. 11. lib. i. nu. 14. limitans in arbitrarijs modici præiudicij.

### III.

Posteriori verò officium esse iudicis, (a) quo qua lite appellationevè pendente (b) contrarius (c) de præterito (d) cum partis iudicisvè læsione (e) innovata erunt, reuocantur.

(a) Francif. Hercul. c. 15. nu. 9 c. 14. n. 2. 3. Rota i. de offic. iud. in antiq. Manf. concl. 199. (b) tot. tit. ff. & extr. h. t. (c) c. non solum, & ibi Canonist. in 6. Monach. in c. cupientes, §. quod si per viginti de elect. in 6. siquidem licitum vitio caret, vulg. l. gracchus C. de adult. l. eos l. minimè. C. de appell. Hercul. c. 23. nu. 7. (d) de futuro non datur, nisi in extraiudicialib. gl. elegas in c. bonæ memoriæ extr. de appell. c. dilecto, & ibi Canon. d. t. (e) adeò vt de iure Ciuili perpetuum præiudicium exigatur per Bald. in l. 3. C. de appell. Manf. part. 3. num. 19. c. de appell. extr. cod.

### IIII.

*Porro attentata ratione causa efficientis vel sunt certa, vel incerta. (a) Certa utpote vel à lege, (b) iudice, (c) partibus, (d) vel tertio facta: (e)*

(a) Hercul. c. 15. nu. 8. & 9. l. eos, l. minimè C. de appell. (b) Bald. & Sal. d. d. appellatione 3. C. de appell. (c) latè Manf. conclus. 2. (d) d. loc. Bald. & Sal. (e) Couarr. c. 24. pract. quæst. nu. 4. Card. Alexand. & Philip. Francus in c. bonæ memoriæ 2. col. nu. 114. 15. & in c. cum teneamur. vbi communiter Can. ext. de appell.

### V.

*Innouantis incerti attentata iudex ex officio reuocat, (a) legis, utpotè proprio vallatæ robore approbans (b) partium, & quidem appellantis, ex quo appellationi non aduersentur retractat, (c) appellata verò, in quantum interposita non consonent similiter annullando, (d) per procuratorem innouata nisi specialissimo sibi facto mandato partes non ligabunt, (e) ut eo nomine teneantur.*

(a) Hercul. sæpe d. c. 15. num. 9. ad eò ut iniuriam faciat si nolit. Gem. in d. c. non solum, super verbo debet importans necessitatem. Monach. in c. cupientes in §. quod si per viginti de elect. in 6. Abb. in c. ex parte col. fin. extr. de rescript. Bald. Sal. in d. l. 3. C. de appell. (b) Lanfr. in praxi sua c. 10. de interdict. & appell. l. furti ff. de his qui notant inf. argum. l. Gracchus C. de adult. Manf. concl. 2. Bald. d. in l. 3. appellatione C. de appell. Sal. ibid. l. eos l. minimè. C. de appell. Quia si aduersantur admittuntur & cadit iure suo. Marant. in Specul. de appell. part. 6. nu. 411. (c) l. fin. §. illud C. de temp. appell. c. an sit, vbi gl. & Abbas de appell. Card. Alexand. in c. consuluit el. 11. de appell. Bellam quæst. 239. Manf. conclus. 55. (d) c. dilecti filij extr. de excep. c. cum nobis olim de elect. & elect. potest. Manf. d. con. 2. (e) Rota decis. 19. in nouis, Lopus in c. eum qui de præbend. in 6. Manf. part. 5. nu. 17.

### VI.

*Iudicis à quo attentata pro appellante, transeunt, (a) quòd si vero appellationi præiudicare, dignoscantur non item, (b) nisi in arbitrio quid positum fuerit suo. (c)*

(a) c. cum teneamur, & ibi Canonist. de appell. extr. Marant. in Specul. in 6. part. num. 185. c. qua fronte, c. cessante, c. si à iudice d. t. (b) Hercul. c. 12. num. 10. c. significauit ext. de rescript. c. auditis 29. c. dudum ext. de elect. & elect. potest. (c) l. i. ff. de iurisdic. omn. iud. Manf. conclus. 186.

### VII.

*Per tertiū, lite pendente attentata, huic iudicio non parent, (a) nisi successor fuerit vel surrogatus, (b) vel etiam causam à iudice nouante vel attentante habeat. (c)*

(a) gl. in l. creditor ff. mand. Abb. in c. pro illorum col. 3. de præbend. Angel. in l. si cuius ff. de appell. suscip. allegat. c. Romana in §. in alium de app. nu. 6. Afflict. decis. 354. nu. 21. Marant. in Spec. sexta part. nu. 163. Monach. in d. c. cupientes §. quòd si per viginti nu. 132. & seq. Decius in c. cum teneamur ext. de appell. Franc. in c. bonæ memoriæ d. tit. Manf. part. 9. lib. 1. num. 17 & seq. (b) Rota decis. 411. in nouis, Manf. conclus. 47. Bald. in l. vlt. col. vlt. C. de appell. Abbas in c. bonæ memoriæ col. penult. extr. de appell. glo. in d. sæpe c. non solum (c) c. ex parte de testib. & ibi Imol. præpositus in d. c. bonæ memoriæ.

### VIII.

*Reuocantur autem attentata nõ vno sed modis varijs, (a) ab interlocutoria præuia iudicis ad quem canonica prohibitione, (b) à Definitiuâ verò simpliciter (c) etiam stante ad appellandum termino, (d) sine vlla causâ iustificatione. (e)*

(a) Her-

(a) Hercul. c. 11. in prin. copiose. (b) sæpe d. c. bonæ memoriæ extr. de appell. Couarr. d. c. 24. n. 3. (c) Lanf. in sua praxi c. 10. de interdict. & appell. n. 69. ratio quia dilatio 10. dierum concessa à iure nulli debet auferri, l. si pars C. de dilat. (d) gl. in l. ex iudiciorū ff. de accus. l. 1. ff. h. t. nihil nouari Roman. l. possideri §. si seruus ff. de acq. poss. exceptis causis criminalibus notorijs & atrocioribus Manf. cōcl. 121. 122. & seq. (e) Lanf. d. loc. c. 10. n. 69.

### IX.

*Vt autem prohibere possit. prauia opus est cause cognitione ad hoc, vt appellatio recipiatur, ex causa probabili, (a) cum citatione partis. (b)*

(a) Fel. c. dilectus 2. de rescript. n. 14. c. Romana §. quod si obijciatur & ibi Gem. de appell. in 6. Innocentius in d. c. dilectus Franc. & Præpos. in c. consuluit num. 2. extr. de appell. (b) d. c. cum sit Romana §. si vero. Felin. c. super quæstionum §. vlt. de offic. delegati. Rota in nouis 412. Vital. in tract. claus. claus. nihil nouari versiculo super est.

### X.

*Porro attentata ab interlocutoria, iure licet nulla sint, (a) nostri tamen respectu id verum non est. (b) quanquam à definitiua omnia tam nostri quam iuris intuitu, similiter habere, non tamen sine reuocatione, concludamus. (c)*

(a) c. super quæstionum §. vlt. & ibi Panor. de offic. deleg. Couarr. sæpe allegato c. 24. n. 2. ad longum. (b) Couarr. d. loco vbi communem ait contra quam plures, Rota in decis. 389. in nouis. Franc. in c. significantib. nu. 8. extr. de appell. Ioan. Andr. Host. in d. c. non solum. (c) Couarr. pulchre d. c. 24. pract. q. nu. 2. & 3. Dd. communiter in d. c. consuluit.

### XI.

*Amplius vt reuocentur requiritur à parte appellationis, vt contra legitimè (a) canonicèq. (b) interpositam, intimatam parti & iudici (c) appellationem, super actione reali non autem personali (d) adeoq. articulo non separato à libello & causa, innouata sint.*

(a) Lanf. in sua praxi nu. 10. facit Manf. part. 11. nu. 7 idem part. 10. num. 61. (b) d. c. non solum Couarr. d. c. 23. n. 3. & seqq. auth. sed hodie C. de appell. (c) Francus in c. iustus metus. Marant. in Spec. in d. 6. part. nu. 391. Manf. concl. 111. (d) Spec. in tit. de appell. §. nouissimè col. vlt. vers. sextus casus. Abbas in c. cū M. col. vlt. de const. extr. Vital. in tract. claus. sub clausula nihil nouari n. 2. (e) Fel. in c. ad hæc nu. 3. de re iud.

### XII.

*A parte attentati, vt parte inuita factum, (a) grauamen continens de Iure Ciuili immodicū, (b) minimè rei notoriè sit criminosa (c) reducibile, de præterito (d) easdem concernens partes, (e) alias illicitum lite pendente in prima instantia. (f)*

(a) quia consentienti beneficium negatur Manf. conclus. 214. (b) in c. de appellationibus extr. de appell. auth. nisi breuiiores, C. de sent. ex bre. recit. (c) Manf. concl. 122. & seqq. (d) c. dilecto, c. cum cessante, extr. de appell. Fel. in c. significauerunt col. 4. de test. (e) l. creditor ff. mandati. Bart. l. 3. §. vbi duo ff. de duob. reis. Marant. sæpe d. parte 6. n. 177. (f) Bart. l. postquā §. Imperator in primo posito ff. vt legat. nom. cau. l. furti, §. 1. ff. de his qui not. inf. Alexand. in rub. ff. h. t.

### XIII.

*Præterea vt sit interposita ab habēte appellādi potestātē, (a) appellatio, ad habentē iurisdictionem*

*tionem Ordinariam, (b) causa appellabili, (c) qualitatem grauaminis continens. (d)*

(a) Manf. concl. 176. facit glo. in c. considerauimus extr. de elect. & elect. potest. c. cum nobis olim cod. tit. nam cui negatur iudiciū, eidem & priuilegiū attētorum. (b) Franc. d. c. dilectio nu. 21. de appell. extr. Manf. concl. 54. Vital. in tract. claus. clausula nihil nouari num. 4. (c) alias remedium hoc priuilegiatum non competit. Spec. §. nouissime in 1. col. Marant. d. loc. nu. 6. (d) l. 1. ff. de appell. Alexand. in d. l. 1. §. libelli ff. cod.

#### XIV.

*Fauoris autem habet remedium hoc plurimum, (a) & interdicto vnde vi pinguius est, (b) neq. enim in eo obstat exceptio spoliationis vel opponi proprietatis potest, (c) nec tituli color aut possessionis exigitur, (d) non ordo iuris, (e) non litis contestatio. (f)*

(a) propter triplicem attentantis iniuriam, iuris, Partis & iudicis. Hercul. d. c. 26. nu. 4. & seqq. Nicell. de concord. gloss. in gl. 6. num. 112. Manf. conclu. 23. ad longum (b) Decius conf. 200. col. fin. Franc. in c. bonæ memoriæ col. 2. Card. Alexand. ibidem. Marant. citato loco num. 393. (c) Vestr. in pract. vt lite pend. Alexand. consil. 99. Cassan. decis. 3. de rest. poss. (d) Franc. Hercul. c. 26. Vestr. d. pract. tit. vt lite pend. lib. 8. textus in d. c. nō solum de appell. in 6. c. bonæ memoriæ c. ad præsentiam extr. de appell. Bellam decis. 286. (e) Hercul. d. loco. Rota decis. 764. in antiquis. Vestr. in pract. fol. 206. (f) Specul. in tit. de appell. §. nouissimi. Abbas d. c. ex parte col. fin. extr. de appell. saepe d. c. non solum. Manf. part. 7. num. 44. Bald. l. 3. C. de appell.

#### XV.

*Restitutio fit in quacunque litis parte, (a) etiam post conclusionem in causa, (b) antea omnia, ita vt ad merita causa principalis ante decisionem in hoc iudicio factam, perueniri non possit. (c)*

(a) Rotain antiq. decis. 306. Franc. in c. dilect. el. 3. num. 3. extr. de appell. Afflict. decis. 352. num. 4. Alexand. & communiter Dd. in d. c. dilecti. (b) Marant. in Spec. d. loc. num. 392 & seqq. Afflict. decis. d. 352. num. 5. Franc. d. loc. (c) Rota decis. 454. Marant. in Specul. d. loc. num. 395. Manf. concl. 28. Rota in nouis decis. 102. Decius in c. ex ratione col. 7. vers. quartus casus & Franc. ibid. de appell. extr. Limitatur tamē certis casibus quos vide apud Manf. concl. 16. & hoc nisi separatus esset, & non dependens à principali negotio articulus. Felin. in c. ad hæc num. 3. de re iud. allegat. c. Romana §. si vero, c. non solum, extr. de appell.

#### XVI.

*Ad reuocationem attentatorum duplex remedium competit, alterū officij iudicis priuilegiatum (a) alterum Ordinarium medio appellationis per viā iniustitia, (b) nec electo vno ad aliud via intercluditur, (c) etiam litis contestatione facta. (d)*

(a) de quo plur. in thes. præced. & probatur in d. c. non solum, d. c. dilecti. Manf. concl. 31. glo. in clem. vt lite pend. Marant. d. loc. num. 396. (b) Hercul. c. 11. num. 1. c. 14. num. 16. (c) Gem. in d. c. non solum col. 2. num. 8. vers. quid si appellās, l. similes & ibi glo. ff. de mil. test. Bald. in l. appellatione. C. de app. Hercul. d. c. 11. num. 1. (d) contra quam plures. Gem. saepe d. c. non solum facit c. venientes 29. de iure iur. extr. c. cum contingat 36. extr. de off. & potest. iud. deleg. Vestr. lib. 3. in pract. pag. 154.

*Asi*



XVII.

*Etsi regulariter per iudicem appellationis reuocanda veniant innouata, (a) tamen & iudex à quo ea cassare & reuocatis in causa procedere potest. (b)*

(a) sæpe d. c. non solum. Couarr. d. c. 23 nu. 1. Gem. d. in c. non solum §. illo vero num. 9. Franc. d. c. dilecto num. 22. de appell. Manf. conclus. 201. (b) c. cum teneamur de appell. extr. Francus in d. c. venientes de iniur. Panorm. in c. 2. de matr. contract. contra interdict. Eccl. Barbat. c. vlt. col. 2. de libelli oblat. Manf. conclus. 8. c. si à iudice & ibi Canon de appell. in 6.

XVIII.

*Sententia in attentatis qua fertur, quandoque interlocutoria, quandoque definitiua est, (a) vti officium iudicis in hoc iudicio nunc mercenarium nunc nobile. (b)*

(a) Manf. concl. 12. Fel. in Rub. de sent. & re iud. num. 14. Sal. in l. post sententiam, C. de sent. Angel. in l. 1. in fin. ff. de vsucap. (b) secundum distinct. Francif. Hercul. post multorum discussas opiniones num. 3. comprobatur per ea quæ tradit. Innoc. in c. fin. circa fin. de off. iud. Bart. in l. 1. vers. quæro quo iure col. 4. C. Quando prouoc. non est nec. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit quæst. 12. ff. de pactis.

XIX.

*Quod attentata reuocentur ante omnia, etsi tam in criminalibus, quam ciuilibus causis obtineat, (a) in notorijs tamen, (b) vti etiam atrocioribus non retractabuntur. (c)*

(a) l. vnic. §. 3. & seq. ff. h. r. d. c. non solum & ibi Dd. de appell. in 6. vide pro hoc Bald. in c. venientes extr. de iure iur. Card. Alexand. in c. ex parte col. 3. & in c. vt debitus extr. de appell. (b) Freder. de sen. consil. 101. Manf. part. 7. num. 56. (c) sicuti in casu l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. casu, c. 1. extr. de test. casu c. vt inquisitionis de hæ. lib. 6. & simili crimine. Manf. concl. 144. 124. & seqq.

XX.

*Præterea generaliter vbicunque appellatio negabitur etiam cessabit priuilegiata hæc attentatorum reuocatio, (a) quo tamen casu querale, fit locus. (b)*

(a) Spec. d. §. Nouissime 1. col. Manf. lib. 1. part. 7. num. 63. Gem. in c. sæpe d. non solum de appell. Marant. parte 6. nu. 172. vnde prius super attentatis quàm super nullitate proceditur, ratio est apud Bal. auth. quæ supplicatio. C. de precib. imp. offer. Franc. d. c. dilecto col. 12. Afflict. decis. 98. (b) Hercul. c. 11. nu. 2. Manf. part. lib. 1. nu. 54. Abbas in c. pastoralis col. 4. vers. in tertia quæst. vbi Franc. de appell.

XXI.

*Porro cessat hæc regula in factis notorijs, (a) vt & in appellatione manifestè friuola, casu quo dilapidatio fructuum est timenda, (b) post desertam appellationem, (c) in sententia inter patrem & filium, (d) vti & super aliquo, cursu nature debito, (e) itemq; contra possessorem beneficij, lata. (f)*

(a) Dd. in d. c. Romana §. præterea de appell. in 6. glo. in d. c. Romana §. si autem facit, c. proposuit de appell. (b) Specul. in §. sæpe d. Nouissime in princ. l. Imperatores vbi Bart. §. fin. ff. de appell. c. fin. de sequest. fr. ext. (c) Maran. d. lo. part. 6. nu. 199. Gem. in c. non solū, vbi

vbi communiter Dd. Manf. concl. 44. (d) l. ex consensu §. filium ff. de appell. Manf. concl. 154. (e) d. tit. de appell. §. in quibus, facit l. fin. ff. de appell. recip. (f) quia sequestrari beneficium potest, Mar. d. part. 6. num. 193.

## COROLLARIA.

### I.


*An pendente lite super actione personali in rem scripta distrahi res possit? quod contra Bart. (a) Placent. (b) Innocent. (c) facta litis contestatione nego. (d)*

(a) per l. quanquam §. 1. ff. de aqu. pl. arc. (b) uticium allegat glo. in l. 2. C. de litig. (c) in c. dilectæ de except. extr. sicuti & Bald. in auth. litigiosis, C. de litig. Angel. in l. Diuus ff. de petit. hær. Abb. in c. cum M. vers. fin. de const. sentire videntur. (d) gl. in l. 2. C. de litig. Fel. c. Dilectæ num. 8. vbi Imol. Hoff. & complures allegat.

### II.

*An Iudex à quo appellationem interpositam nullam esse declarare possit, & probationes super eo casu recipere? affirmo.*

Manf. part. 2. lib. 1. nu. 5, & conclus. 246. lib. 2.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K




*De legibus et Testamento*





Farbkarte #13

B.I.G.



# THESES DE ATTEN- TATIS.

AD QVAS SANCTISSIMAE ET INDIVI-  
DVAE TRINITATIS AFFLENTE GRATIA, PRAE-  
fidibus Clarissimis Consultissimisque viris D. Ioanne  
Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS.  
LL. Licent. Dictatore & Fisco, in florentissimo Iu-  
ridicæ facultatis apud Vbios Collegio pro  
virili respondebit.

GERARDVS LISTINGIVS.

*Anno MD. CIII.  
VIII. Idus Iulij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Ddd  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

100

